



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 9011888X**

§. 16. Conspiratio contra summum Pontificem Romæ detecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Bessoldi uxor ex Catholicorum metu Sæc. XVII.  
& Nordlinganæ cladis dolore eo adacta A. C. 1635.  
est, ut post mariti sui obitum proxima  
die quarta Novembris Catholicorum  
sacra sequeretur.

## §. XVI.

*Conspiratio contra summum Pontificem Romæ detecta.*

Sub idem tempus validissima classis, Annal. Ferd.  
quam Turcarum Imperator instru- Khevenh.  
xerat, universam Italiam ingenti ter- tom. 12.  
rore commovit, sparso rumore, quod p. 1866.  
pace cum Persis inita Turcæ totius Turf. ep.  
belli molem in Europam effundere sta- p. 280.  
tuissent. Eapropter Antonius de Paula  
Magnus Melitensium Magister con-  
scripto recente milite, & propugnacu-  
lis valide munitis Papam, Hispaniæ  
Regem, cunctosque Italiæ Principes  
solicitabat, ut ad hostis incursum hanc  
Insulam strenue defendere satagerent:  
Neapolitanus vero Pro - Rex cunctis  
transfugis vitæ gratiam indixit, ea ta-  
men lege, ut ad Hispanorum signa re-  
dissent: ipse quoque Urbanus Papa pu-  
blico edicto promulgari iussit, ut  
omnes Pontificiæ ditionis subditi in-  
tra bimestre, si in Italia, & infra qua-  
tuor Menses, si extra Italiam exteri  
Principis castra sequuntur, ad sua re-  
verten-

Sæc. XVII. A. C. 1635. **vertentur, nec ullus sine Pontificis consensu apud ceteros stipendia mereretur, Annona vero, aut arma nequaquam Roma ad alios Principes transferrentur: Dum autem Pontifex adversus exteram vim patriæ securitati prospicere intentus erat, ægre domesticorum infidias eluctabatur: quippe Jacobus Centinus, Cardinalis Centini Asculani Nepos, necnon Flaminius ejusdem Cardinalis Procurator, alique sex in Pontificis vitam conjurabant, Bullam Cœnæ recens promulgatam flocci habentes, hac tamen conjuratione a quodam Religioso, cui nomen Dominicus Ramborius, detecta, una omnes in carceres conjecti sunt, quorum supplicium ad annum sequentem fuit dilatatum, uti memorabimus.**

## §. XVII.

*Cardinalium, Principum atque illustrium obitus.*

*Annal. Boic. Adizr. l. 20. Le Blanc. Hift. de Bav. tom. 4. Ciacon. in vita Pauli V.* **I**nter Principes, quos hoc anno funesta mortalitatis necessitas vivis subduerat, fatale hujus anni auspiciu habuit Elisabetha Bavarix Electoris Conjux. Hæc Caroli Austrax & Lotharingæ Ducis Filia anno Christi millesimo quingentesimo septuagesimo quarta, & anno Christi millesimo quingentesimo